Peterskirchhof Frankfurt am Main
Teilbereich: 2/1. Südwand
Grabstätte Nr.: 13 von 26
Name: Christoph Adlerflycht

**Inschrift:**

ATRATA LUGE POLTIA
ET TU QUIS QUIS ES QUI HÆC CERNIS VIATOR
VENERARE TUMULIM SENIS VENERANDI
VIRI PER ILLUSTRIS AC PRÆNOBILIS
CHRISTOPHORI AB ADLERFLYCHT
QUI NATUS DIE 13. AUG. MDCL
DIE OBIIT MALO 25 NOVEMBRI ANNO HUIUS. SECULI MDCCXXIX
ANNO VERO ÆTATIS XI PROF ER 3 ME
MAGNUS IS OLIM IN TOGA VIR
SIQUIDEM POST SOLERTEM LITERARUM THEMIDIS QUE IURIUM CULTURAM
ET EXPEREGRINATIONE DOCTRICE PRUDENTIÆ ACQUISITAM
EXPERIENTIAM VARIARUM QUE LINGUARUM COGNITIONEM
A TRIBUS SERENISSIMIS AC POTENTISSIMIS HEROIBUS
PERMAGNANIMIS SUECOPUMCOTHORUM VANDALORUM QUE
REGIBUS
AB INITIO COMMISSARIUS IN SUPERIORI CIRCULO RHENANO
POSTEA MINISTER, RESIDENS, ORATOR ET CONSILIARUS
AB ORDINE PRIMUS REGIMINIS DUCALIS BIPONTINI
NEC NON ABLEGATUS CIRCULI SUPERIORIS RHENANI
ITEM QUE PRÆFECTUS SUMMUS TERRARUM REGALIUM HÆREDITARIARUM
AC ALLODIALIUM CATHARINENBURGI IN AUSTRIA
RITE DESIGNATUS
GRAVISSIMA HÆC MUNERA STRENUE SUBIIT, EGREGIE OBIIT
DE HINC VIRTUS EJUS BONO PUPLICO NATA
MAGNATIBUS SUECICIS SIMILITER QUE ALIIS
NON SOLUM SUECIA NON IN GERMANIA SOLUM
NOTA
NOMENQUE EJUS APUD BONOS PROBOS QUE
QUAMVIS POST FATA ET VIGET FLORET QUE
MAGNA IS SEMPER MENTIS PRÆSENTIA IN SECUNDIS
INSIGNIIS SEMPER VULTUS CONSTANTIA IN ADVERSIS
SE CESSIT AT.PARCÆ
NEC ILLI NEC ANTE EUM
CONJUGI SUAVISSIMÆ NOBILI PATRRITIÆ MATRONÆ
INVITA LAUDATISSIMÆ SEXUS SUI ORNAMENTO NUNC PIÆ MEMORIÆ
NEC TRIBUS DILECTIS LIBERIS
EX QUIBUS VIRGINES DUÆ GENEROSÆ SILIUM NATU MAJOREM PRÆIRE
SUPERSTITE SOLUM SILIO NATU MINIORI AD NUTUM
DOMINI PARENTIS MARITATO,
PEPERCERE
QUISQUIS IGIUR ES VIATOR QUI VIRTUTEM CANDOREEMQUE AMAS,
SPARGE TUMULO CUPRESSUM ADLERFLYCHTIANO
INSIMUL QUE TE PRÆPARA IN VESTIBULO
IIT POSSIS È CARCERE PULVERULENTI HUJUS CIRCI
INTRARE IN TRICLINIUM ÆTERNITATIS
COGITANDO MORTEM DURANTE VITA TUA
DISCENDO QUE MORI
NE MORIARE
H. P. M. S.



**Inschrift, im unteren Rand der Tafel:**

HIOB V Cap 26: Du wirst im Alter zu Grabe kommen, wie Garben eingeführte werden, zu seiner Zeit.